


A |
2400 |











A 100

REVERENDISSIMI PATRIS
AC DOMINI DOMINI
ROBERTI GAGVINI,
DECRETORVM DOCTORIS,
QVONDAM GENERALIS MINISTRI
Ordinis sanctissimæ Trinitatis, & Redemptio-
nis Captiuorum,

TRACTATVS
DE CONCEPTIONE BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIA:

C O N T R A

VINCENTIVM DE CASTRO-NOVO,
Et alia in eandem Poëmata.

Per Fr. DANIELEM MAILLET, Priorem Claustralem
Conuentus sancti Mathurini Parisiensis.

Ad Reverendissimum Dominum D. LUDOVICVM PETIT,
eiusdem Ordinis Generalem Ministrum.



PARISIIS,
Apud CAROLVM CHASTELLAIN, via
Jacobæ, sub signo Constantiæ.

M. D C. X V I I.



REVERENDISS. PATRI NOSTRO³
AC DOMINO DOMINO
LUDOVICO PETIT,
DECRETORVM DOCTORI,
Generali Ministro totius Ordinis Sanctissimae Trinitatis, & Redemptionis Captivorum: Commissario Apostolico, Christianissimeque Majestatis Consiliario, & Eleemosynario:

Frater DANIEL MAILLET, suus in Conuentu sancti Mathurini Parisiensi Prior Claustral S.P.D.



lucrat
pus
fur clav

NI HIL est in hac rerum vniuersitate vita præstantius, nihil optatus (Reuerendissime Domine) : non illa quidem qua vegetamur, aut quam sensu, atque intelligen-
A ij

E P I S T O L A.

tia percipimus; sed ea præsertim qua cum Deo, ac beatis in cœlo perficiuntur. Hanc autem diuina Sa-
piëtia suis æmulatoribus, suisque cultoribus certo

Ecclesi. 24. pollicetur dicens: *Qui elucidant me: vitam aeternam habebunt.* Quæ verba, etsi increatæ sapientiæ re-
uelationi primariò ac propriè conueniant; rectè
nihilominus etiam per aptam, & Spiritui sancto
probatam accommodationem, pia mater Eccle-
sia cultoribus beatissimæ virginis Mariæ tribuit;
quæ ipsam increatam Sapientiam, ut caro fieret,
fæliciter ventre, fælicius mente Virgo concepit,
Virgo peperit, atque post partum, virginitatis di-
gnitatem cum maternitatis honore coniunctam
retinuit. *Quapropter mirum admodum videri*
non debet, si plerique, qui per omnia penè sæcu-
la exuterunt virti pietate doctrinaque insignes,
hanc gloriosam Verbi incarnati matrem, ab om-

Hieron.
Serm. de
Assum.

Genef. 1.

Genef. 1;

ni prorsus peccati originalis labe, priuataque natu-
ræ nostræ corruptæ infamia, vindicare conati sint:
in quam non per partes, sicut inter cæteros Adæ
filios, distributus est diuinæ gratiæ splendor; sed
tota ipsius gratiæ plenitudo, atque ipse met super-
essentialis splendoris fons sese omnino effude-
runt. Olim equidem in ipso labentis huiusc
mundi primordio, cùm adhuc jaceret inexpli-
cata ista rerum, quam cernimus, varietas, ingens
omnia contegebatur obscuritas: *Et tenebrae erant su-
per faciem abyssi: veium summus ille opifex, lucis
pulchritudinisque auctor, sicut sciuit, sicut potuit,*
sicut suam sanctitatem decuit gratia superabun-
danti, *Lucem distinxit à tenebris, vocavitque lucem
diem: Adeo ut, cùm vniuersam primi hominis la-
bentis propaginem, una peccati originalis tene-*

brosa excæcasset caligo, ipse præpotens Deus cui
 interrogata fuerat iniuria, Mariam lucis productricem,
Quæ illuminat omnem hominem venientem in Ioan. 1.
bunc mundum, ab alijs separauit tenebrarum filijs,
 solamque sequauit in columem: & æterni splendo-
 ris DIES DIEI sublucenti, *Eruxit autem verbum Psal. 18.*
 bonum. Reliquis siquidem mortalibus originariæ
 labis contagione infectis, sola Maria de Adam se-
 cundum carnem propagata, ab huiusmodi corru-
 ptione, filij de ea nascituri merito præseruata fuit;
 ne quid inesset quod ferculum illud mystici Salo-
 monis, de lignis incorruptilibus Libani compa-
 ctum, auro argentoque, & purpura distinctum,
 Regi in eo quiescenti redderet minus commen-
 datum: dum in aureo illo reclinatorio aliqua no-
 taretur dedecoris macula; ob quam vel tardius il-
 luc aduentaret, vel molestia tædioque cœlestis
 sponsus afficeretur. Vix namque potest censi-
 probabile, ne dicam vlo modo conueniens, men-
 tem illam tam gloriose Virginis, quæ ad eam di-
 gnitatis eminentiam præelecta atque prædestina-
 ta, ut Dei mater fieret, ordinabatur: recenter crea-
 tæ, citoq; corpori infusam, vlo momento fuisse à
 Deo auersam: aut carnem illam, ex qua substantia-
 liter deriuata est, ac desumpta ea gloriofissimæ
 humanitatis pars, qua sanctificati sunt, quotquot
 sanctitatis per I. Christū Dominū fuerunt partici-
 cipes, motibus inordinatis cōcupiscentiæ, aliarūq;
 passionū subiectā exitisse. Quare, adiuvuit Mariam
 Altissimus *Mane diluculo*, vim peccati præueniens,
 ne velut Adæ filia, cōmuni sorde pollueretur. Cæ-
 teræ quidem sanctorum *Conturbatae sunt gentes*: *Psal. 45:*
 & Patriarcharum, atque Prophetarum *Inclinata*

Cant. 2.

*sunt regna: Mariam verò Adiunxit Deus vultus suo: nec unquam In medio eius commotus seu turbatus est: quia maiorem ei, præ cæteris Sanctis, vel Angelis præstigit gratiam. Quotquot enim fuerunt sancti, Omnes in Adam peccauerunt & eguerunt gratia Dei sanante & purificante: At hæc Sancta Sanctorum, licet gratia Christi præueniente seu præseruante indigerit, nunquam tamen ita derelicta fuit, ut in Tyranni infernalis potestate in venerit, stipulante pro ea abundantius, ne in eam veniret, aut laberetur, Redemptoris merito; cuius virtute, alij omnes qui ceciderunt, liberati sunt. Non quod minimè concedamus beatissimam Virginem, ante quam corpori anima sancta infunderetur, ut illud informaret ad vitam rationalem, fuisse in potentia ad contrahendum peccatum originale, quia de Adam secundum seminalē rationem cōcipi eam oportebat: sed dicimus actū respectu huius potentiæ, in instanti cōceptionis articulo, per gratiam fuisse præpeditū, nec ullū subsecutum peccati effectum: quia *Virtus altissimi obumbravit illi: Et apud Deum non est impossibile omne verbum.* Quemadmodum enim Christo Domino resurgente, Petrus & Ioannes ad monumentum ~~cucurrebant~~ ambo simul: *Sed Ioannes, qui tali nomine prænotat gratiā, Citius precucurrit Petro,**

qui pœnitentiæ lachrymis peccati abnegationis abstulerat maculam: Ita in instanti conceptionis huius immaculatae Virginis, peccatum & gratia ambo simul cucurrerunt: peccatum quidem, quia de Adam secundum carnem sicut alij nascebatur: gratia verò, quia illius futura erat mater, qui ad peccati regnum destruendum, de Spiritu sancto

Rom. 3.

Luc. 1.

Ioan. 20.

in utero Mariæ erat concipiendus: sed gratia ci-
tius præcucurrit peccato. Oportebat nimirum
teste diuo Damasco, *Vt ad id quod solum sub so-*
le nouum erat ac miraculorum omnium caput, id est ad
incarnationem, via per miracula sternetur, ac paula-
tim ab humilioribus ad sublimiora progressus fieret.
Properea natura gratiæ non est ausa fœtum antecede-
re; sed expectauit tanti per natura, alias peccato
obnoxia, dum gratia fructum suum produxit: qua
demum introducta, nullus peccato locus relictus
est, cum Maria tota repleta fuerit gratia. Nec est
quod quis dicat, si beatissimam virginem affera-
mus sine peccato originali conceptam, eam nos
Christo Domino æquiparare, qui solus conceptus
esse de Spiritu sancto, & docetur, & creditur: quia
omnis sanctificatio à Spiritu sancto est. Respon-
demus, hoc infra Christum dominum, beatissimam virginem habere, quod fuerit carnali com-
mercio procreata: solaq; gratia ab imminentis la-
bis periculo, quam communiter lege poenali in-
currere alias debebat, singulari quasi priuilegio
*præseruata: adeo ut non fuerit sanctificata ante *Hester 15.**
quam concepta, sed simul & eodem temporis ac
naturæ momento, & concepta & sanctificata:
Quia fecit illi magna qui potens est. At Christus Do-
minus solus de Spiritu sancto conceptus, quic-
quid sanctitatis habuit, à seipso, propriaque na-
tura habuit, tanquam vnionis gratiæ debitum.
Habuit denique hoc supra alios Sanctos bea-
tissima Virgo, quod illi post peccatum, natura
nondum sanata, vel in utero sanctificati sunt; vel
fidei professione, regenerationisue sacramento
in Christo mundati. Vno verbo dicam: In conce-

Damasc.
orat. 1. de
nat. virg.

Luc. 1.

ptione Christi Domini, carentia peccati originalis rationem habuit puræ negationis: In conceptione verò beatissimæ Virginis, rationem habuit quasi priuationis. Istud in spiritu præuidens beatus Iob, cum D I E I conceptionis humanæ, qua ob huiusmodi originariam turpitudinem, inimici Dei constituimur, maledicens aiebat : *Obnebrantur stellæ (id est sancti) caligine eius: expectet lucem (scilicet Christum in carnem venientem,) & non videat (quia non est inuentus dolus in ore eius) nec ortum surgentis auroræ*, id est conceptionem beatissimæ Mariæ, quæ ascendit super omnes peccati nebulas; quasi aurora consurgens, quæque solem iustitiae præcedebat, in sua conceptione : pulchra vt Luna, in sua nativitate: E L E C T A vt Sol, in Christi generatione: Terribilis vt castrorum acies ordinata, in omni vita & conuersatione sua. Quæ quidem rationes si minus convincere vel cogere videantur: sufficere tamen possunt, vt saltem secundum certam præcellentis alicuius decentiæ congruitatem, contrarijs sententijs doctorum vel sanctorum, qui olim aliter opinati sunt, satisfacere censeantur: Intentum quippè nostrum etiam illustrissimi Domini Cardinales Durandus & Cajetanus admittunt. Aio præterea plurimi faciendum esse fidelium penè vniuersorum consensionem, ac pietatem: qui hanc immaculatam conceptionem sacratissimæ virginis Mariæ, tanquam egregium optatæ salutis exordium, diuinæque misericordiæ præludium venerantur & celebrant. Contrariæque sententiæ assertio nem nunc temporis æstimo temerariam, ac scandalosam; supposita Sanctiss. Domini nostri Sixti quarti Constitutio,

Iob. 3.

1. Petr. 2.

Durand.
In 3. dīs.
39. Caiet.
30. q. 23.
art. 2.

tione , & Concilij Basiliensis determinatione:
Quam tametsi illud concilium desiderata confirmatione careat, sacrosanctum Tridentinum nihilominus laudauit, venerationique habuit. Vnde non possum non vehementer admirari & condolare, venisse in mentem quibusdam concionatoribus nostræ tempestatis, vt postposita harum constitutionis ac determinationum reuerentia, cùm deberent potius , & communi totius Ecclesiæ celebritati gratulari , & fidelium pietati suffragari; contra , hanc immaculatam Conceptionem sanctissimæ matris Dei Mariæ dominæ nostræ , tanquam item dubiam, ex suggestu ad populum proponendo, ventilant ; nec paruum scrupulum auditoribus ingerentes, liberum cuilibet, quodlibet hac de re sentire, credere , & assertere permittunt: ita ut videantur potius in scholis ad subsellia residentes alternis disceptationibus ventilare tam altum, & salutare mysterium, quam id quod sancta mater Ecclesia Spiritu sancto edoc̄ta, ubique passim & colit, & prædicat, pijs rationibus commendare, vrgere, promouere. Maiori verò animi angore cruciatum me sensi (Reuerendissime Pater) posteaquam vidi acta viginti quatuor informacionum, à Reuerendissimo Domino Episcopo Hispalensi mandatarū, anno Domini 1615. contra nonnullos in Hispania doctores, qui hanc Dei genitricis gloriosæ sanctam Conceptionem, tandiu uniuersæ Ecclesiæ venerationi habitam , impugnare, non admodum pridem præsumperunt. O deplorandam nostrium temporum calamitatem , sacra & profana exitiosis dissidijs diuexantem. Quamobrem me non possum continere , quin victo-

riæ ergo, huiusmodi pacis & gratiæ filijs satis notum epilogium incontaminatæ origini tam insignis virginis Dei ac saluatoris nostri parentis, conclamando accinerem. *Tota pulchra es amica Dei, sponsa Regis æterni, & macula non est in te: nam & benedicta Anna mater tua, de qua sine peccati labore concepta est mundissima caro tua. Ex te autem ortus est sol iustitiae, Christus Deus noster: qui soluens in te peccati omnimodam maledictionem, dedit omnibus benedictionem: & confundens mortem donauit nobis vitam sempiteruanam.* Ea res me ista cogitantem compulit, ut acceptum à vestra R. P. tractatum. R. Domini Roberti Gaguini Præcessoris vestri, atque pietate in beaissimam virginem Mariam, sacrorum Decretorū studio: Ordinisque Sanctiss. Trinitatis réctè moderandi sollicitudine Antesignani: olim prioribus saeculis versibus exaratum, quem de immaculata Conceptione eiusdem intemeratae Virginis, aduersus quendam Vincentium de Castrenouo edidit, ac illustri & per celebri venerabilium doctorum Sorbonæ Collegio Parisiensi dedicauit, perlegerem; atque à mendis purgatum, situ squaloreque vindicatum, in lucem reuocari curarem. Cuius porro nomine potius quam vestræ R. P. euulgandum censerem, alium neminem perquirere debui: tum ob vestram singularem in beatissimæ virginis Mariæ cultum, omnibus compertam propensionem: tum in certum ratumque meæ erga vestram Reuerendiss. Paternitaté obseruantæ testimonium. Quippe cui Reuerendiss. Gaguini haec tenus lucubrationes assertuatae sunt: cui quotidie patent illius in decoranda domo Dei, ad imitandum vestigia: cui easdem nostræ

religionis, quas ipse olim fœliciter rexit, habenas
moderanti, præclara domi forisque præluxerunt
tanti viri facinora : cui denique Dominum no-
strum Iesum Christum , opto exoroque vbique
propitium ; vt omnibus gratiæ suæ ornamentiſ il-
lustratum , ad nominis sui gloriam, & nostræ reli-
gionis spiritualem profectum florere eandem ve-
ſtram Reuerendiss. Paternitatem abundareque
concedat. Parifijs ex Musæo nostro apud San-
ctū Mathurinū, die 19. Aprilis, An. Domini 1617.

*Vestre Reuerendissime Paternitatis obſequentiſſimus
Fr. DANIEL MAILLET, Prior Clauſtralis.*





AD REVERENDISS. P.
LVDOVICVM PETIT,
Decretorum Doctorem, totius sacri
Ordinis sanctissimæ Trinitatis Redem-
ptionis Captiuorum Generalem meri-
tissimum, de Poëmate R.P. ROBERTI
GAGVINI eiusdem Ordinis quon-
dam Generalis, pro defensione imma-
culatæ Conceptionis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ, F. CLAVDIUS RALLE.

*It licet ipsa sibi Virtus moderamen, & inse
Lumine splendescat viuida sydereo:
Quæsti nec sit pretio ditanda fauoris,
Cum sibi sit pretium; cùmque sit ipsa fauor.
Attamen ut rutilans Titanis sydus, opacæ
Obtenebrant nubes, lumen & eripiunt;
Ut densâ in cœlos sublati nocte vapores,
Obtendunt claris nubila luminibus:
Sic inimica virûm, Virtuti, sæpe libido
Officit, & notum supprimit ipsa decus.
Sic absorbet iners virtutis fata, vetustas,
Fatapiis sane non violanda virus.
Doctus Apollineâ (quid multis?) mente Gaguinus,
Augusti Triados gloria primachori:
Qlim mellifluo spirans in pectore Phæbum,*

Verbi paræ cecinit carmine grande melos.
 Grande melos cecinit, sceleris volitante procella
 Vincentini, ortum Virginis ipse tuens..
 Ast labor ille diu latuit, iam iamque lateret,
 Qui fuit Eois notus, & Hesperius,
 Nî LV D O V I C E, fores tantis ex versibus vltor,
 Vltor, cuius honos nomen Amoris habet.
 Scilicet ut soluas teira caligine mentes,
 Quæ longo marcent, non sine fraude, situ.
 Scilicet ut proprio rutilem veneranda decore.
 Virtus, quâ nil est maius in arce Dei,
 Sic Solem lucere iubes de nocte per umbras,
 Sic vapor infamis soluitur, atque fugit.
 Macte animo, LV D O V I C E, tuis nunc utere nervis,
 Virtus in specubus nonnè latere potest?
 Ipse Gaguinus erat Phœbus, non dispare Cœlo,
 Nunc tu Phœbus eris lumen certa vehens.
 Quantus eris quando tua fama vigebit in astris!
 Cum te suspicent sydera, quantus eris!
 Quidni suspicent? Cœli nam prima micantis
 Virgo, tuas laudes non finit esse leues,
 Cum tu stertent das vitam ritè Gagino,
 Atque facem præfers, quâ magis ille nitet.
 Quâ magis ille nitet, sed quâ magis illa coruscat
 In tenebris fæde, quæ ruit, hærefoeos.
 Hærefoeos quis fæda ferat, vel tela, vel armæ?
 Arma Stygis dudum ritè pianda vadis.
 Sol qui flammam lucem iacularis habendæ
 Auricomum propera fundere ab axe Iubar,
 Quando gygantæ voluuntur tela furore,
 Quæ Christum purâ cum Genitrice petunt.
 Hoc pateris Deus alme? nec audis probra virorum?
 Quid cessas? quatitur Virgo, nec astra moues?
 Impetitur Mater, manet astris fulmen inernus?

Impetitur Natus; robora nulla tibi?
 Diuina Parens Christi quæ Stella est suspiris aura,
 Prò pudor! à multis dicitur esse innocens
 Dicitur à multis quondam transfoſſa Sagittæ,
 Quo cunctos ferit, vulnere primus homo.
 Heu diuum pietas, ô tempora! nullus auorum
 Religionis bonos, religionis amor.
 Tempora diffugiunt, fidei monumenta fugantur,
 Atque per errorem gliscit, abitque pudor.
 In promptu causa est, vult mens humana subeffe,
 Cuncta sibi, & proprio claudere iura finu.
 Non ita Erythræi veniunt ad tota lapilli;
 Non ita arena tumet littore fulua Tagi.
 Non patitur Phœbus tenebras, nec frigora flamma,
 Dulcis amara, nequit ferre, venena, liquor.
 Nam Deus omnipotens rerum cui plena potestas,
 Quod vult ipse facit, quod facit, ipse potest.
 Et non est quisquam qui contra dicere possit,
 Aut penetrat Sensem, quo valet, ipse Deus.
 Adami quare voluit de parte iacentis
 Condere confortem, quæ sine labe fuit?
 Credis quæ Regina choros supereminet omnes
 Calicolum, quondam criminis esse ream?
 Quare (si diuina iuvant oracula vatum)
 Arciferens tabulas inuolata fuit?
 Atque suas reuocauit aquas Sacer annis ad ortum,
 Dum sacra transiret Arca iubente Deo?
 Isacidis proles folio radiabat eburno,
 Quid nullis maculis India mittit ebur.
 Quid multis? quare stantem Davidis in urbem
 Non valet Assyrius tela vibrare manu?
 Primus homo Christo nūm praefat coniuge pura?
 Luce vi homo diues, nec sine nocte Deus?
 Num Regina poli primalabis adusta

Contra
 id quod
 4. Reg.
 19. habe-
 tur.

Exod. 25.
 Iosuæ 3.
 3. Reg. 10.

Flammis, integris prefuit inde Choris?
 Quantos (hec) quantos, cælo mouisse susurros
 Credendum est, quando sydera celsa petit!
 Arcaneque tabulas, quæ virgam, & manna ferebat
 Quam Mater VERBI dignior illa fuit?
 Dignior illa fuit Iordanis ut vnda retorto
 Aluco, de cursu flectat, & illa meet,
 Quam virgo latura Deum? nec turbo sceleratus
 Peccati abstinuit quin sceleraret eam?
 Quam benedixisti terram, ô Deus, hæcine terra est;
 Quæ prius est Satanae quam bene iuncta tibi?
 An Salomon folio quondam spectandus eburno
 Solus, ut ipse Deus motus, & actus eat?
 Virginis in medio nunquam Deus actus, in illa
 Fixa sibi sedes, imperiumque fuit.
 Ut fuit Assyrium contra, David in urbe,
 Cui non tela nocent, Assyriaque minæ.
 In nunc hærescos male-suada libido: ne quibus
 Soluere, quæ sacris iuncta fuere modis.
 In nunc hærescos graueolentis virus in Orcum,
 Non est mentitus Virginis ore decor:
 In nunc hærescos pestis per saxa, per ignes,
 Ignes, saxaferas, hæc tibi solaferes.
 Hec tibi solaferes, ut doctâ mente Gaguinus
 Edocet, inquit caput sic ruis ipsatum
 Terrenuente nitet Virgo, clarescit, & ardet;
 Grandinat inque decus gloria tutasnum.
 Hoc, L V D O V I C E facis, dum prætas fata Gaguino;
 Tela Gaguinus habet, quæ L V D O V I C E geris.
 Quantus uterque viget famâ! sed quanta duorum
 Præmia uterque polo sacra trophyæ locat,
 Sacra trophyæ locat Cælo pietate parenti,
 Ast utriusque polus sacra trophyæ refert.

Per Fr. C. RALLE eiusdem Ordinis Alumnum.



SACRO
THEOLOGORVM

DOCTORVM PARISIENS.


• Academiæ Collegio., R O B E R T V S
G A G V I N V S in eâdem Academia
Pontificij iuris Interpres, Ordinis San-
ctiss. Trinitatis de redemptione Capti-
uorum Minister Generalis, Salutem.

Sic Cio difficultum esse de pietate scribēti, etiamsi fidelibus nititur testimoniis præterire impunè calūnias inuidorū. Stant enim passim arrectis auribus non tam vindices falsitatis: quam aliorum benefacta perosi: dum suo nomini id nocituum putant, quod aliorum laudi concessum indignantur. Quod suprà aliquot annos cōperi euenisse in illo tantillo codice, quem defendendi virginei candoris & Mariæ innocentia causā edideram, insultantibus in me aduersariis qui iampridem consuetudinem fecerunt calumniandi quæcunque ad cōceptionis putatatem afferre solet pietas fideliū. Adeoq; stomatici furunt libidine detrahēdi: ut criminis hærefoes insimulent: quos in piissimam propensos sententiam animaduertunt. Eam ob rem timoratus ipse libellum recognoui: si quid in eo admai-

C

fuisse quod veritati contrairet, & mihi quidē vi-
sus sum intra fidei regulas ambulasse, atque eate-
pus defendisse Mariæ candidissimam puritatem:
quatenus secundūm Christi præcellentem inno-
centiam oportebat. Porrò quæ subobscura erant,
illustrauit: adiecit aliquot ratiunculis, quæ aduer-
sariorum iactantiæ & gloriolis occurrant. Sed nō
idcircò assertionis meæ securus, emittendam è si-
nu meo recognitionem arrogauit: nisi priùs vestro
iudicio omnia subiicerem. Itaque quandoquidem
tota Theologici studij atque certaminis hæc dis-
ceptatio est, vestrū examen iure subibit, quo per-
multi olim aut steterunt, aut ceciderunt. Quod
enim vestro libratum est Scrutinio id sine du-
bietate verum, iustūmque à fidelissimis quibús-
que suscipitur. Christianæ nempè religioni non
minus firmamento, quā arrogantiæ plurimorū
formidini semper fuistis. Nam Theologicæ sa-
pientiæ & laudis vestræ est maiorum vestrorum
grauius quondam in Ioannem de Montesono de-
finitio. Cuius defensorem Ebroicarū Pontificem
Guillelmum pœna similis complexa est. Quos ad
parem errorem secutus Ioannes Thomas, vestro
examine damnationem accepit. Eodem exemplo
Adam Suessionanus plexus est. Nec vestram Gau-
fridus de sancto Maitino censuram euasit. Ioannis
Adæ temeritas erroris sui perfidiam vobis infe-
quentibus abnegauit. Sed nunquid Petrus de Cá-
chero, Ioannes Nicolai, Petrus quoquè de Che-
riaco vestrīs disputationibus superati: publicæ re-
tractationis diffamatione se insignes reddiderunt
& famosos? Est profectò sacrosanctum vestrū
Collegium aduersus falsam doctrinam, constans

in ciuitate Dei præsidium ; fidei & pietatis robur:
veritatis specula , falsitatis & pseudo-Doctorum
vindex & malleus. Eapropter si quid de Virginis
immaculat*i* origine à me scriptum & vobis di-
catu*m* est : id sapientiæ vestræ decreto probabitis:
omnes latrantium & liuoris insidias securus per-
transibo : veritate maximè & vestrâ auctoritate
protectus. Valete prosperitate continuâ vigilan-
tissimi fidei Christi propugnatores. Ex D. Mathu-
rini Parisiensi. Cœnobio. Kal. Octob. 1497.



C ij



TRACTATVS
DE PURITATE
CONCEPTIONIS B.
Virginis Mariæ.



Aduersus Vincentium de Castro-nouo.

Es tibi mens æquis in te procurrere telis,
Qui sopia diureproba bella mones.
Horrida, constans est, terras portenta tulisse;
Dirior insurgis omnibus hydrienis.
Nec Lerna a tuum natalem prodit origo,
Te genuit Stygio torua McGæra lacu.
Atquæ humili rectum virus diffundere cappa,
Te scelerum, & mortis conditor edocuit.
Dum vultu prætendis ouem, dum membra cucullo
Contegis, introrsum vipera fæuafurit.
In Christi matrem vasto procurris biatu,
Ut lupaprælongâ discruciatafame.
Vndique fulgentem puro candore Mariam
Impius obscenâ proluis illuinie.
Et circumlato mundi per regna libello,
Scribis originei criminis esse ream,
Talia dum regeris stomachant pectora probra,
Totus in aduersum prouocor ire pugil.
Parva Gygantæ campastoris fundula molem
In caput excussa glande, dedit barathro.
Ille sacer fidit superare Georgius anguem
Cui stabat virgo sortefutura cibus.
Nec meus exerts cedet mucronibus ardor,
Quæ suæ sunt virgo bella Maria geret.

Hic Vin-
centius in
studio
Ferratiensi
affidente
Hercule
regionis
illi^o duce
in magna
hominū
corona
disputans
Mariam
Christi
matrem
peccati
originalis
labe pol-
lutam de-
finiuit at-
que inde
librum e-
didit.

*Covisere diua manus, atque instrue brachia pilis,
Ardeat equus, & cõscurrere carceribus.*

*Traditur Eos um surgit ab aero ore Titan,
Esse voluptatis, non sine vere, locus.*

*Magnus ubi rerum princeps, & conditor orbis,
Legibus adiecit viuere iussit Adam.*

*Sacra loci medio, præstabat fructibus, arbos,
Certa boni custos, certa ministra mali.*

*Huius erat vetitum fructus libare parentes,
Cetera cedebant usibus horticola.*

*Credula sed mulier infelix Eva marito
Exhibit exemptum, quem probet ipse cibum.*

***Initium peccati originæ.** * *Ille suadente durâ fronte repugnet,*

Vescitur, authoris immemor, atque sui.

*† Mox paduit facti, sensique expertus, oriri
In semet variis à ratione vias.*

Effectus peccati originæ. *Nam concorde prius membrorum iegœ, coibat
Totum hominis regnum: Spes erat una Deus.*

Pœna pro peccato. *Pellitur inde nocens, & cogitur exul aratro
Poscere humum frugem, quam miser esse queat.*

*Hinc nata est soboles æterno obnoxia letho,
Cui fuit & superum Curia clausa diu.*

*Donec ab excelsô est demissus Patre, Rœdemptor,
Qui se carne hominem proderet ipse Deus.*

Peccati macula transit ad posteros. *Prima hominis labes infecit semine prolem,*

Solus habet Christus tergere morte reos.

*Perfidus his fœnum iaculus Vincentius agmen
Armat; & emisso milite pila vibrat.*

Ratio aduersarij. *Omnis, ait, series hominum profunde paternâ
Inficitur, tanta, ceu rea, nequitiae.*

*Hinc Deus æquata damnauit lege nepotes,
Subiiciens culpe quos generaret Adam.*

Solutio. *Fallere, Vincenti: cohabetur limite nullo*

Conditor, & liber omnia vult, & agit.
 Illaqueat, soluit, punit, miseretur, ut orbis
 Rector, & antistes, arbiter, & dominus.
 * Furari scelus est. Sed nonne *Egyptia Moses*
Vasa ferens, furti nescius excipitur?
 Nunquid & ille Iacob dextram mentitus Esäü,
 Dum fallit Patrem, dona beatus habet?
 Qua daret uilla locum fraternæ sanctio fraudi?
 En Deus impunè, præterit acta Iacob.
 † Non turpe est quodcunque iubet completere Creator,
Qui cœlum, & terras lege solutus, agit.
 Sic valuit ritum nascendi, & mentis habende
Dispensare potens in Genitrice Deus.
 Maiestatis erat nox à subducere Matrem,
Quæ sola in cunctis libera face foret,
 Talis honor decuit venturi Regis alumnam,
Et matri gnatus debuit esse pius.
 * Prodiit edictum Romanum cum Cæsar agebat,
Impositus scribi censibus omne solum.
 Quis neget Augustum potuisse remittere Troie
Vectigal, Latrone daret æra Remo?
 † Tempus ubi aduenit peccatis soluere fontes,
Et carnis sanxit Christus habere togam:
 Conuersa est natura. Parit longæua virago,
Non satus inclusum ventre salutat herum.
 Nescia concubitus supero stillamine virgo
Fert hominem pura virginitate Deum.
 Nec dolor à partu, nec anus industria Matri
Obsequitur, gaudet virgo puerperio.
 Bellua Vincenii ignoras hæc (lege soluta)
Facta Deo auctore, cui fauet omne quod est?
 * Signa prius tanti exstabant ingentia miri,
Arida gestanti florida virga fuit.

contrarij,
 quia legis
 dispensa-
 tor est
 Deus.
 * Proba-
 tio per e-
 xemplum.

† Deus le-
 gibus est
 solutus.
 * Aliapro-
 batio sū-
 pta ab
 Impera-
 toris edi-
 cto.
 † Sicut in
 aduentu
 Christi
 multa
 præter le-
 gem na-
 turæ facta
 sunt ita
 præter le-
 gem cō-
 munera
 potuit
 Deus cre-
 are virgi-
 nem sine
 originali
 culpa.
 *ratio per
 allegoriā
 ex figuris
 vet. test.

- † Ratiosū- *Transit ab Egypto populus qua stagna fluebant;*
 pta ab eo *Nec secus ac muro clausa fuere freta.*
 quod scri- *Libera sic oritur virgo, nec originis humor*
 ptum est; *Inquinat, hanc Stygia sic recueretur aqua.*
 ipsa con- *Cur ita fissit pedem, Vincenti, vera decebo,*
 teret ca- *Nec te discruciet quā furis, impietas.*
 put tuū.
 * Cōtraria *Hæc una est Virgo quā ceruix tunditur anguis,*
 cōtrariis *Credula cui misericordia auribus Euafuit.*
 curantur.
 † Ratio *Principium vitiis tulit Eua, Maria medelam,*
 aduersarij *Hæc vita porta est: mortis ut illa fuit.*
 * Nō solū ** Eua parentis celorum rubuit se noscere nudam,*
 Maria, *Hanc contra vitium præstruit Omnipotens.*
 sed etiam *Mirandis rebus decuit miranda praire,*
 angeli re- *Nuntia candoris quo piā virgo nitet.*
 demptio-
 nis Chri-
 sti fructū *Ecce iterum insanis, & Christi sanguine lotam*
 acceperūt *Clamas, admitto; sic tenet alma fides.*
 secundū *Solius est Christi dono, genus omne redemptum,*
 B. Bern. *Nec tanto eximitur munere munda parens.*
 in 22. ser. ** Ille nec angelicus qui stat clarissimus ordo,*
 super Cā- *Hoc tanto fructu se caruisse feret.*
 tica.
 † Exéplū *Sed pluris longe est lapsu seruare cadentem,*
 à medico *Tergere quam lapsi fœtida terga luto.*
 curante *† Gratio est veniens præ morbo cura medentis,*
 febrem. *Quam febrem passo mox revocata salus.*
 * Ratio ** De superā mente nil inquis, dicere fas est:*
 aduersarij, *Cym diuina fidem littera nulla facit.*
 nihil de *Cur ergo assumptam carnis cum mole fateris? •*
 Deo asserendū *† Id nullo veteri pagina teste probat.*
 esse sine *Sed nonne assentis surgentem è funere Gnatum*
 testimo- *Mox matri visum? quæ tibi lex? Pietas.*
 nio scrip- *Plaraque sunt sacris sine testibus edita, quorum*
 † Solutio *Stat mensura fides, & pia religio.*
 quod ali-
 qua creduntur sine testimonio sacrarum Scripturarum.

a Omnia non lege quacunque Ecclesia seruat
Procedunt, constat moribus esse locum.

Ducitur humano persæpe Ecclesia iussu,
Cui resiliere nefas est, obedire salus.

Nunc age, Vincenti. & vim nostram perfide senti,
Quam regit & firmat intemerata fides.

b Quæ magis est Christi vel mors, vel vita putanda?
Quæque sacris colitur, & celebranda datur.

Quidni igitur vix & sanctos concedis honores,
Sicut & extincto munda sepulchra damus?
A cruce pendentis pia curans funera Ioseph,
Syndone candenti corpus inane refert.

Et quo nulla prius sanies illata fuisset,
Exanimem busto condit odorifero.

Tuscelus hospitium formanda carnis Iesu
Peccati macula polluis, & temeras.

Te pudeat viuum vitiato inferre locello
Quem fædè euectum nobilis urna capit.

c Eua nocens mater gentem enixa raducam,
Candida de puro prodij offerviri.

Spirituum genitrix recreandi sarculus orbis
Venerit in tenebras sordida? non fateor.

Sanctus & omnipotens (Vincenti credo) paravit
Augustum prorsus cælitùs accubitum.

d Nec binas iactes nascendi existere formas,
Seminis, & fusæ per sua septa animæ.

Neutrum regnantis præueniu, culpa subegit,
e Protegit à Boreâ prævia dextra faciem.

Et tua despicimus Vincenti instantia: dum vis
Anxius accepti scire minuta boni.

f Scilicet (ut perhibes) punctum signetur oportet,
Lumen ubi primùm cœpit, & emituit.

Præfacto res est, præcedunt vasaliquorem,

a Multa
in Eccle-
sia fieri &
credi cō-
suetudine
b Ratio
sumpta à
Christise-
pulchro
in quo
nullus ani-
te eū po-
fitus fue-
rat.

c Alia ra-
tio sum-
pta à pro-
ductione
Euae, que
de pura
costa Adæ
formata
est.

d Ratio
aduersarii
ponentis
duas cō-
ceptiones

e Solutio
quod præ
uentu fuit
Maria ne
caderet.

f Ratio ad-
uersarii
de instati
purgatio-
nis & cō-
cepti.

- Res præ- *Ergo præit luci sanctificanda parens.*
 exitit. *Ergo Maria priusquam lumine clara niteret,*
 qualitati. *Fusca fuit labec carnis originea.*
- In scirpo nodum, & festucam in stramine queris,*
Queris & in liquido lumen, & astra polo.
- Solutio *Ingens artificis suspendit gratia legem,*
 sūpta ab *Purius ut matrem fingeret ætheream.*
 omnipo- *Principio tota (laxâ caligine) fulsit,*
 tētia Dei. *Et plenè irradians præualuit nebulis.*
- Haud aliter fulgor (sūpulsâ nube) coruscus*
Promicat, & purâ lampade lustrat humum.
- Simile de *Aspice dum mentem carnis Deus indit ab alto,*
 anima *Et creat, & fundit, viuiscatquè simul.*
- quæ cre- *Sic vitam, & lumen uno spiramine Matri*
 ando in- *funditur. Contulit, instantis nulla minuta sequens.*
- Ratio sū- *Extremâ dum gente petunt connubia reges:*
 pta à Re- *Nonne vides promptè libera multa dari?*
- gum nu- *Nuntius it præpes, qui flumina, castra, meatus,*
 ptiis, qua- *Rum tē- Reginæ expandat, tota tributa vetet.*
- pore fit à *Plebs omnis festiuia canit, vacat ipse senatus,*
 multis *Vna omnes nuptam plausibus excipiunt.*
- seruitiis *Stans naui exactor non instat querere Naulum,*
 vacatio. *Non hiat ad stipem ianitor edituus.*
- Preterit interea immunis regina tributum,*
Libera fit sponsi munere tota sui.
- Applica- *Haud minus adscitam thalamis regalibus, Annae*
 tio simili- *Progeniem rerum machinalæta colit.*
- tudinis ad *Serua Dei natura audit quæcunque iubetur,*
 proposi- *Et tremit agracaro se retegente Deo.*
- tum. *Callidus & culpæ coluber suggestor inique,*
Temperat occultis prodere se latebris.
- Hoc more exurgens terris liberrima Virgo,*
Exuperat tenebras sydere fulgidior.

- a *Vlla nec infecit gignendam fœda libido,*
 Qua prurire patres qui potuere sacrif.
 b *Cur neget alma fides sudoris more liquari*
 Semina posse viris, dum pia vota gerunt?
 c *Atquè eisdem credo (saluâ pietate) Mariam*
 Pruritu nullo germinis esse satam.
 d *Si potis est iactum sterenti abducere semen*
 Incubus: & fœtus inde fouere nouos:
 e *Cur hominis virtus usu firmata pudico,*
 Ne non & iugi trita labore caro,
 f *Non se exutiat dum format semine prolem,*
 Et reddit casto debita iura thoro?
 g *Adsit presertim si magni iussio regis,*
 Qualis in amplexu cum tulit Anna virum,
 h *Ille vacat noxâ, nec stat pollitus Osæas*
 Castus in assumptâ dum meretrice coit.
 i *Stat virtus dominis fortis disrumpere Cælos,*
 Et te nubifragis perdere fulguribus.
 j *Ecce adeò agrotum crucians agit igne febris,*
 Afflict & ut maneat nullus in ore sapor.
 k *Et fidei plerosque calor, pietasque perurit,*
 Iam nudo ut prunas spernere calce queant.
 l *Cantauit Daniel flammis circumdatus hymnos,*
 Num erat Martyr pertulit intrepidus?
 m *Gratiacur nequeat arctato fomite luxus,*
 Claudere dissuetis regna libidinibus?
 n *Stoicus exactè scrutatus plurima, certat*
 Munere virtutis sistere sic animos,
 o *Vt nullo insultu titubent. Tanti valet usus,*
 Suetus & à teneris vincere dura labor.
 p *Sopit & ars carnem quam scindere durus Aliptes*
 Audeat, illa nihil sentit, abestque dolor.
 q *Adde quod & patulo spectamus lumine multa,*

D ij

a Proba-
 tur hoc
 loco mul-
 tis signis
 & ratio-
 nibus vir-
 ginē Ma-
 riam sine
 parentum
 pruritu &
 libidine
 fuisse cō-
 ceptam.
 b Exem-
 plum ab
 incubis.

c Exem-
 plum ab
 Osæa Pro-
 pheta.
 d Proba-
 tur mul-
 tis expe-
 rimentis
 fieri pos-
 se.

e A sen-
 su tactus.
 f Conclu-
 sio per si-
 mile.

g Arg à
 Stoicoru
 opinio-
 ne.

h A Chi-
 rurgia.

i A sensu
 visus.

- a Ab au-
ditu. Eclipsis hæc eadem cernere sèpè negat.
- b Ab ol-
factu. a Constitit ad modulos seu saxum immobile nupta,
 Nec dulci fracta est carmine Cecilia.
- c Epilo-
gus. b Non titillat odor spirans opobalsama nares,
 Cum malè mundus olet, & benè Christus olet.
- d Cōclu-
sio à ma-
iori. c Tangimus, olsacimus, audimus, vescimur, atque
 Possumus illæsi cernere criminibus:
- e Tempe-
tamentū
proximi
superioris
dicti. Quid causæ dicas, cur non domet ignea virtus
 d Lascivum in membris, atque petulca liget?
 Sacro igitur compluta caro diuinitùs imbri
 Dans operam gnatis, non cupit, & generat.
- f Arg. à
compara-
tione fa-
ctorum
Christi.
g Ratio
aduersa-
xii. e Non dederim cunctis hoc munus, sed quibus alget
 Mens vitio, & totam spiritus intus alit.
 Scilicet ut quicquam factu mirabile pangat,
 Quod verè exhibuit in Genitrice Deus.
- h Solutio
per illa-
tionē in-
conue-
nientis.
i Ratio
aduersa-
xii. f Sicut opus moriens nimium memorabile fecit,
 Sic longè stupidum præbuit adueniens.
 Insultas iterum, & plantâ sublatus inani,
 In iugulum sicam (si patiamur) agis.
- j Ratio
aduersa-
xii. g Excisa est, inquis, non mundâ carne puella,
 Peccatoris Adæ, quo cadit & soboles.
- k Solutio
per quam
ostendi-
tur quod
virgo an-
te Christi
mortem
mori non
debuit.
l Ratio ad-
uersarij. h Bellua quid ringis? Lucas testatur Adinâ
 Mole satum Iesum, nunquid & ille ruit?
 Non cecidisse Deum summæ virtutis habetur,
 Hanc stare intègram muneris esto Dei.
- m Solutio
per quam
ostendi-
tur quod
virgo an-
te Christi
mortem
mori non
debuit.
n Ratio ad-
uersarij. i Sed prior est Gnato: prius & genus omne parentum est,
 k Certa quibus Christi passio facta salus.
 Nunquid & illa mori præ Gnato Virgo valebat?
 l Quem dabis absumptæ, dum cadit orbe, locum?
 An Geniti potu it funus precedere Mater?
 Non. Erat affixi conge mitura necem?
 Quæ strata solo stamen præscinderet aur,
 Quo migravit Enoch, forte migrasset ouans;

- 29
- a* Tēpera-
tio dicti.
 - b* Ratio
aduersa-
rii à defe-
ctibus
corporis
ducta.
 - c* Solutio
per illa-
tionē in-
conue-
nientis.
 - d* Alia so-
lutio per
distin-
ctionem
defectū
in homi-
ne.
 - e* Quare
in Maria
fuerunt
defectus.
 - f* Quibus
defecti-
bus caruit
Maria.
 - g* Ratio
aduersarii
supta ab
inæquali-
tate inno-
centiæ
Christi &
Mariæ.
 - h* Solutio
ex mo-
do inno-
centiæ
habitæ in
Christo.

Aut sede illustri superis comitata maneret,
Dum peteret Ḡnatus regna beata Patris.
Hoc tamen arcans clausum penetralibus esto,
In flammam prudens mittere nolo manum.
Cætera quis pugnas terrorarius undique pila
Confringam, ut pœnas des celer, & miseras.
Diræ, inquis, pestes quas fert humana propago
Vexauerere am, mors, sitis, astus, hyems.
Cura, labor, somnus, dolor, erga senecta, famesque
Fomitis est tantum noxa repressa mali.
Criminis hæc signant tractus, quo culpa nepotes
Aurigante malo ducit, agitque suos.
His quoque, Vincenti, poteris transfigere Christum
Efuriuit, frixit, languit, emoritur.
Iam neruum intorque, series vibramine eodem
Et matrem, & genitum. Nanquid uterque eadit?
Morborum genus est humano in corpore duplex
Vnum quale tibi nascitur à proavis.
Naturæ commune malum, quod propria nulla
Culpa facit: sed edax est vitians caries.
Nempe fames & mors (nullo peccante) maneret,
Nam pugnace quod est conditione, fluit.
Has sine labore tulit præcellens fœmina pœnas,
Quippe quod ad meritum talia semper agunt.
Alterius (quo sit ad crimen semita) morbi
(Fomes, ut, & rerum nescia prigrities:)
Expers Virgo fuit, quamquam pro lege fatemur,
Illa sequi, imperium sed tenet omne Deus.
Rursus id oppugnas, Similemque accedere gnato
Matrem indignaris undique si micuit.
Alteras sed Gnatii Genitricis & altera lux est,
Ille stat, & semet singit ut omnipotens.
Cui nihil, & quicquid nihil fit paret, & audit.

Nam sunt cuncta Deo seu sua serra fabro.

a Quos defectus Christus extraxit. Cùm pious accessit nostras legatus ad umbras,

Protinus hęc carnis par homo sustinuit.

b Ratio ab omnipo-tētia Dei. Non sordem aut miseri subolentia probra parentis,

Sed quibus extabat corpore pressus homo.

c Munditia & in-nocentia in Maria sūt à deo.

Fætida quam prorsus mendula nulla notet.

d Quod in Maria

Ille sua solus natura est criminis expers,

Hæc prefulta pio lumine, sorde caret.

e Proba-tio ab e-xemplu-m corūquo-s scriptura tradit

Hinc sibi fecisse congaudet magna potentem,

Dum Matris vatem visitat Elizabet.

f Fuisse in vtero sā-ctifica-to-s.

Magna humilis dixit, quæ prorsus maxima constans,

Namquè alijs retrò prestita magna legis.

g Proba-tio à scri-pturis di-uinis.

Ecce duos tradunt diuina volumina vates,

Vix fretos animis mente fuisse sacros,

Grandia si magnis, cur maxima quaque negemus,

Præbita maior, quæ præit una Deos?

h Tria genera reatus quorum nullum fuit in Virgine.

Quam vestit pulcher radiorum lampade Phœbus,

Cuius obit nitidos luna corusca pedes.

i Propterea totam conclamat cantica pulchram,

Prorsus & infectæ facis habere nihil.

j Hæc illa est, veterum pulchri è signata figuris

Fæmina, quæ vincat Zeuxis, & artis opus,

Cui cedit Rachel, cedit pulcherrima Iudith,

Et formosa Esther cesserit, & Noëmi.

k Nec Sarra Abrahami, quamvis miranda, præbit,

Fæmineum superat omne Maria decus.

l Trinaquè cum tantum referantur monstrareatus,

Fomitis, & venia scilicet, & sceleris:

m Fomitis, & venia scilicet, & sceleris:

Primis nulla est, venialis nulla fauilla

Obfuit. An sceleris? furcifer hoc videas.

n Tria genera reatus quorum nullum fuit in Virgine.

† Dum loquimur crimen, & mortis noxa remordet,

Sit procul a nostris candida Virgo probris?

* Credimus hanc tantam Cœli sub numine, Matrem.

Mens poterit quantam noscere, ducta fide.

† Plura quid oblatras, quid frenedes perfuga nequam?

Sentio quo refugis, quâ struis arce dolos.

Vos, ô sancta cohors Doctorum in prælia longo
Agmine deductos percupit esse duces.

Ipselibens vobis dum viuo, & perfruor aura
Obsequar, & Iuuenis vos reuerebor auos.

Hoc tamen impetrem finite, atque ignoscite Dini
Dum pietate calens Virginis arma sequor.

* Sauius ut hostis auet, si spicula mittitis arcu,
Læthiferum Diuæ scorpio vulnus aget.

† Fit rea, fit castris non digna aliquando supernis,
Sed nec amata Deo, putris ut vnda mero.

Quod fœdum, & turpe est, nec fida admitteret auris,
Publica nec recipit (parcite) vestra fides.

* Sentio quæ vobis sententia federit olim,
Omnia communi subdere lege placet.

Non arctare Dei mundi moderantis habenas
Mens est, ut nequeat soluere qua voluit.

† Pura Sacerdoti præcineto altari bus olim
Cydaris, & candens linea vestis erat.

Quem vetitum scimus fœdum tractare cadauer,
Nec sinere extinctis sacra nigrare focus.

Pontificem sic credo nouum, qui sanctior esset,
Cœlitus & Patri victimæ digna foret.

Verbi paræ thalamum velis ornasse coruscis,
Vnde sit à puro factus ad astra gradus.

Primo mortiferam qui nec contingere aluum,
Sed fieret mortis, morte Redemptor homo.

* Quid panem angelicum fœdo prohibetis ab ore,

† Ab Au-
gustino.

* Ab An-
selmo.

† Alia ra-
tio aduer-
sarii du-
cta à Pris-
cis Do-
ctoribus.

* Respō-
sio ad di-
cta Do-
ctorum.

† Incon-
ueniens.

* Exposi-
tio Do-
ctorum.

† Suasio
per alle-
goriā ve-
stimento-
rum & ce-
remonia-
rum vete-
ris sacer-
dotii.

* Alia sua;

- foria ta- *Sic carnem impuram primitus incoluit?*
 tio per si- *Vna fidei seruat Christo moriente Maria,*
 militudi- *Vna habeat terris libera colla iugo.*
 nem cor- *a Vna fores Cœli vobis conceptare reclusit,*
 poris Christi. *Vnam præ reliquis concio vestra colat.*
 in sacra- *Ne si contactam dicetis origine Matrem,*
 mēto Al- *b Christus ab immundo sanguine membra ferat,*
 tatis. *a Alia sua- Quæ fuit atra fru contaminat olla liquorem,*
 fio ex *Et tristem subolet illita crusta picem.*
 gratitu- *Virgineos igitur fermenti nullus amator*
 due. *Asperet exortus. Sit mera, sit simila.*
 b Alia sua- *Non vos oblectet duplex conceptus, ut hostis*
 fio ab in- *c Suggerit, omne tulit gratia præueniens.*
 cōueniē- *Et pius antiqua posuit retinacula legi,*
 ri *Dum nouus ex veteri conditur alter homo.*
 e Modus *Lux comes è superi totos radiauit in artus,*
 præser- *Et brumam impendentem expulit Astripotens.*
 vationis *d Sic pretenta diu sacrorum oracula vatuum,*
 Mariæ. *minor ad Edit a sic cœlo signa relata probant.*
 d suasio à maius. *d Cui natura dedit miris compagibus artus,*
 f Ratio ab eo quod decet. *Addidit & lucis munera vis domini.*
 g Ratio à lege quæ est de pa- *e Ab An- Perspicie Vincenti, quo me pius euehit ardor,*
 rentibus honorā- *felo. Eloquar audenti carmine quod sapio.*
 dis. *f Ratio ab eo quod decet. Congruit hoc Gnato penitus luccescere Matrem,*
 h Ratio sūpta ex *g Qui legem tulerat venerari corde parentes,*
 eo quod *h Belliger ut Iosue tutetur ab hoste Gabaon,*
 Deus pro cōseruandis Gabaonitis solem fecit stare ad preces Iosue.
 Hostibus

Hostibus exitium fit remorata dies.
 A Pharaone volens populum seruare Creator,
 Fert elementa suo cedere quæque foro.
 Nilus agens ranas fundit pro pisce cruorem,
 Diræ locusta solum corpora vermis edit.
 Hæc natura negat, prohibet lex, obstrebit usus,
 Esse tamen cernis præsidefacta Deo.
 Sic Pater Omnipotens populi pereuntis amator,
 Dum studet oppressis, & dare tutor opem.
 Legibus imperitat, iubet in statione teneri
 Progressus rerum, dum sibi constet opus.
^a Attamen interea superi de numinis actis
 Disputat argutus; si Deus astra regit.
 Os sursum profert, caelos & sydera supra
 Scandere conatus ponè tribunal Eloy.
 Atquæ iterum humano rimatus robore turrim:
 Concrepat ut Nembroth vocibus omnigenis.
^b Nec recipit demens, ut noctua Sole laborat,
 Lucifer ut toto fulminet astra polo.
 Ardua scrutantem sublimis gloria fallit,
 Numinis obiectu mens hebetata iacet.
^c Dicite quos torquet scrupus tam cœca videndi,
 Quâ magnes ferri pondera vi rapiat.
 Quabrevis Echinus (nec enim plus ille pedalis)
 Mercibus oppletam distincte arte ratem.
 Nam neque vis hominum: Sed nec violentior Auster,
 Pisciculus nauem dum remoratur agat.
^d Cur pelago in summo cohicit torpedo natantes,
 Hanc licet obductam celet arena freti.
 Vulgatum referam, Sed virtus cognita nulli,
 Miretur quamuis Crantor, & Empedocles.
^e Reticulum pendens quo numine texit Arachne
 Qui mella, & ceras floribus edit apis.

^a Contra curiosos disputatores de operibus & omnipotentia Dei.

^b Mens humana deficit à conside ratione Dei, sicut visus noctuæ à sole.

^c Homines deficere à Dei cognitione cū ipsi secreta & occulta naturæ non cognoscunt.

^d Torpedo pisces.

^e Aranea.
^f Apes.

Draco. *Ethiopi cibus est Draco, nutrit edentem
Confestim, est aliis pestifer interitus.*

Ratio confusa *Hoc callet nemo, qui quis bonus ambigit auctor,
Yis facit hoc, aiunt, indita, cœca, latens.
Philosophorum circa oc-
cultu na- *Oœcas mentes studiorum! extantia coram
Linquimus, & longè condita discutimus.
Naturæ legum expertem, penetralia credan-
tura. Ingressum, & magni promere scita Dei.**

*Abstrus a introrsum rebus vistota latet vos,
Quis mentem primam calculet & penetret?*

**Homi-
nes defi-
cere à co-
gnitione
lui atque
ignorare
quid in il-
lis Deus
operetur.** *Quis vestrum penitus sensim illabentia menti
Senserit acta Dei? aut experiatur opus
Dicitis hoc fiet, & stat deducere votum,
Mox conuersi aliud voluitis, & facitis.
Pectora mens ut vult cœlestis (credite) versat,
Liber a nec vestris subiacet insidiis.
Non tam nigra tegit Solem quandoque procella,*

Quam mentem recutit celsius orbe iubar.

*Ast semel effracta Vincenti, pila retorques,
Atquè redi iterum hic, unde repulsus eras.*

**Repeti-
tio argu-
mentorū
aduersa-
rii.** *Est data lex, fateor. Legem suspendere quis nam
Latorem nolit cum pius instat honor?
Credite non nostrum est vires, & sensa Creantis
Noscere, sed quod agit præhendere, facta sequi.*

**Ratio ducta ex
sententia patrū Ba-
siliens.** *Stant in subsidiis quorum virtute fouemur
Basilea Patres, docta ferire cohors.*

*Qua numero, & rerum sublimis robore præstans,
Et veri & fidei certa Magistra manet.*

Synodi. *Huic tuus ille Scenum posita ceruice manipulus
Cederet, & Synodi se daret arbitrio.*

**S. Tho-
mas in sé-
tentia du-
bius & va-
rius.** *Diuus Aquinates quem sumis ad arma patronum;
Nutat, & ambiguo te pugione tegit.
Nunc mundam affirmat, nunc scribit origine lassam,*

Quo pede vis constet, quem variare vides?
 Sed prostratus, adhuc nescis consistere. quaris
 Si Christi septem diceret illa preces:
 An sibi dissolui virgo peccata rogarer?
 Vah miser argutor, quam ferus obstreperitas!
 Ecce sacro quisquam lotus baptismate, supplex
 Pectus, & ora manu tundit, & illacrymat.
 Nonne renatus eget mox mox à sorde lauari?
 Venerat ex lauacro sydere dignus homo.
 Candida cui nulla est fælix Ecclesia ruga
 Dum petit eximere debita, quid repetit?
 Non admissa gemit, venturi prouida Mater
 Gnatorum culpis condolet, & metuit.
 Hoc caput eius agit immunis criminè Christus,
 Et delicta Patrem soluere mœstus auet.
 * Sic Virgo indulgens, aliorum debita radi
 Posceret, & poterat nostra putare sua.
 Nam communis erat per Christi facta Redemptrix,
 Omnibus ergo dolens & fuit, & meruit.
 † Mens humilis quam plena Deo est, tam certat haberit
 Parua, timens culpam, non sibi tutam anet.
 * Namquæ scit ante Deum cunctos sordescere Cœlos,
 Est ideo trepidæ sedula cura sui.
 Iam si forte fuga timidè delapsus abibis,
 Protinus à tergo verbera mille feres.
 † Ante sed obstringam rutilo te fulgure veri,
 Ut qui lippus ades iam quoque cæcus eas.
 Producam testes besternâ gente citatos,
 Helsingum in primis religione ducem.
 * Hic datus Orator Anglis auertere Dacos,
 Dum mediis certat fluctibus ire citus:
 Et præuectaratis Euro vexatur & undas;
 Incertus vita suspicit astragemens.

E ij

Ratio
 sumpta à
 Domini-
 ca oratio-
 ne.
 Solutio
 per simili-
 tudinem.

Quid Ec-
 clesia pe-
 tit quādo
 orationē
 Domini-
 cam reci-
 tat.
 * Appli-
 catio ad
 Virginē.
 † Quan-
 to maior
 es, tanto
 te humili-
 lia in om-
 nibus.

* Cœli nō
 sunt mū-
 di in con-
 spectu e-
 ius.

† Confir-
 matio
 propositi
 ex mira-
 culis.

* Ab An-
 glia mira-
 culum de
 mariæ cō-
 ceptione.

Rumpi vela vides, nec mali sistere robur,
 Et male compactum nauis hiare latus.
 Imbris & crebrâ quassari grandine nautas,
 Spe nulla saeo turbine cuncta premi.
 Hæc inter pautans, animoquæ agerrimus, iras
 Horrebat Cœli, mitis ut agnalupi.
 Credidit infælix moribundo busta parari,
 Et pelago undanti verba suprema dare.
 Dum sicut egenus opis, miseris & questibus auras
 Verberat, bas Diuæ concipit ore preces.
 Virgo salus miserum, propera subducere ventos,
 Et tranquilla refer æquora fluctuagis.
 Reuelatio de fe-
 sto Concep-
 tio-
 nis. Talibus acta senem Virgo iubet aethere labi,
 Conscius ut peragat quæ piæ gestæ velit.
 Peruolat ille citus insigni vertice Præsul,
 Et patris Helsinæ constituit ante ratem.
 At quæ diu tremulum, & certum iam cedere morti
 Affatus senior, fortiter, inquit, age,
 Nullatibi ex tantis grassans quas turbo minatur
 Pœnanocet, si das dum loquor (Abba) fidem.
 Virgo potens pelagi, statio, requiesque grauatis,
 Annuit, euades, fide, repelle metum.
 Concipe iam votis sanctæ solennia Matri
 Annua, quæ sexto ferre Decembribus Idus.
 Helsine, & studeas, & plebi indicere cures,
 Atque aris supplex thura Sabæa feras.
 Nomen erit luci Conceptio fausta Mariæ,
 Tunc etenim vitæ limen adepta Dea est.
 Dixerat Helsinus spondet solatus honores,
 Et grates, inquit, candida Mater, ago.
 Ut promissa fides, repetit cœlestia Præsul,
 Terrentur nimbi, sit via lucifero.
 Mox polus excussa terris caligine fulsit,

Rettulit, & gratum nauibus aquor iter.
 Alter adeſt verax surgens à flumine testis,
 Quam fluctu absorptum Sequana restituit.
 Nauigat à ſupro tetrâ dum nocte Sacerdos,
 Immemorem culpæ ſollicitauit aqua.
 Pallidus affucto dum ritu Virginis odas
 Incipit, exturbat fluctus, & aura virum.
 Extinctum furiæ festinant tundere plagis,
 Criminis ut pœnas fœdus adulter agat.
 Virgo ſed adueniens, hac tantum voce repreſſit
 Dæmonas, Ite, meus Presbyter iſte fuit.
 Dum caneret nobis vndoſo in flumine laudes,
 Præripit huic vitam perfida veſtra manus.
 Ite animam capiat frigens à morte cadauer
 Illa pudens ſceleris februet ipſa ſcelus.
 His confusa nocens ſe turba in tartara condit,
 Virgo iubet mentem corpus adire ſuum.
 Reddit aſed post quam defunctum vitare uifit,
 Affatur miſerum ſic pia Virgo virum.
 Vade, age, ne poſt hac viui te ſubruat vnda,
 Vita ſacerdotem criminē munda decet.
 Te probri meminiffe decet, iam gratus adeſto,
 Munus, & acceptum gratiōr uisque cole.
 Festa dies tibi ſit Conceptio noſtra perennis,
 Quam memor octaua luce Decembriſ agas.
 Haec effata redit, ſublimem uifcipit aether,
 Presbyter ut iuſſus tradita festa colit.
 Plurima conceptum teſtantur & altera Diue,
 Sit ſatis à binis teſtibus eſſe fidem.
 Quid tandem ſolenne pium peccamus agentes?
 † Quid fidei aduersum lux pietatis habet?
 Creditur haud fruſtrat erras & cuncta nouantem,
 Lege noua Matrem iure creaffe nouam.


- a** Deus in **a** Nouit ut omnisciens aeterna mente futurum
sua aet- Crimen Adæ: pariter sciuit & antidotum.
nitate dū **b** Et quod mortiferum dabat improba culpa parentis
præuidit **c** Totaforet vita per reparantis opus.
primum hominem Non igitur decuit labem incurisse puellam,
peccatu- Quæ purganda sciit sordida nostra Deus.
rum, etiā **d** Maxima præ multis narratur saepe diebus
præscivit virginem Phase Hebræorum, transitus ille maris.
fore quā **e** Omni Mardoncheum celebrat Iudæus honore,
ad filii sui Patronus genti qui fuit ille suæ.
incarna- **f** Atticus est Cecrops venerandus semper Athenis.
tionem **g** Spartanis celebri siure Lycurgus erit.
crearet. **h** Romulus est Ital's miranda laude perennis,
b Vna- Quippe suum auctorem patria quæque colit.
quæque gens suū **i** Et prohibere audes, Vincenti pessime, fastum,
authore celebrat. **j** Esse diem Matris quā sit ad astra via?
c Iudæus. **k** Sanctum ergo est festas venerari Virginis aras,
d Athe- Et demissa polo credere signa pium.
nienses. **l** Ipsa què iam latè communis fædere sacra
ni. Per populos ferri non ratione vacat.
e Sparta- **m** Nec sineret pietas fecisse piacula instos,
ni. **n** Est quibus innumeris tam memorata dies.
f Romani. **o** Peroratio per amplifi- **p** Quid stas attonitus ceu bellua lapsa cauernd?
cationē. **q** Quam toruè auertis lumina terrificus?
b Apo- **r** Orta Deo quæ sunt nunquam dissoluerit actas,
strophe in aduer- **s** Humanum in puncto soluitur, ut nebula.
sarium. **t** Iam falsi aduenies mundo notissimus auctor,
i Virginē **u** Tequè tuosquè ferent fulgura dira libros.
orat vt il- **v** Exul abi, & circo fugiens discede, madentes
li gratum **w** Et sudore pigros iam tuba soluit equos.
sit opus **x** Quinetiam è superis tu nostros mater agones
præsens. **y** Et tibi certatum protege semper opus:
k Excusat. **z** Nulla hori veteris blando pede Musa canenti.

39

se auctor
quod ni-
hil poëti-
cum in-
seruit.
a Quod
nemo an-
te eum de
Virginis
conce-
ptione
carmine
in Gallia
scriperit,

Affuit, esse potes verbis una satis.
Vt tuus illuuiem conceptus Virgo perhorret,
Sic Iouis, & Bromij nomina despueres.
Prima per ignotum presbi vestigia circum,
Gallus ubi nemo luserat ante pugil.
Hinc plus forte aquo verbis audaculus egi,
Vix prima in cultus falce nouatur ager.
Sacra sequens, humili penetraui Marte duellum,
Cætera iam punctim fortis Athleta gerat.
Non mea contendō circundet temporal laurus,
Cœptatibi pugna est, grata sit ipsa tibi.

CECINI.





VARIA EIVSDEM
AVCTORIS POEMATA
AD BEATISSIMAM
VIRGINEM.

Oratio Asclepiadæo cármine.

Virgo labe carens, æthere purior,
Expurga vitium, fert tenebras procul;
Fac oro redeat spiritui vigor:
Quite, qui Genitum sanctius excolat
Toto numine pectoris.
Tu fons es saluber, riuis & efficax
Purgando sceleri: nec sine te salus,
Nec vita nitidus candor habebitur.
Nam te progenuit terrigenus Deus,
Imbri ut fructifcent tuo.
Præmunda veniens carnis origine,
Primos mundicia dat tua lux gradus;
Tu Cœlis reseras facta parens fores:
Nobis lumen ades, cœlitibus decus,
Toti per celebris polo:
A te concipimus vota, preces, opus.
Auge quod cupiunt spes, amor, & fides.
Stat spretis opibus pergere liberas:

F

*Stat virtute polos Virgo reuise:
Si dux veneris, & comes.*

Ad Beatam Virginem Mariam.

Sæpè mihi incaluit magno feroore voluntas
Dignum aliquid meritis dicere Virgo tuis.
Sed tantum superas & nos & carmina: quantum
Præ rufco cedrus tollit in astra comas.
Te longa serie genuit prosapia regum:
Et Davidis claro germine progrederis.
Iam tibi venturæ vatum responfa caneabant,
Prædixitque tuum sæpè Prophetæ diem.
Cuius in exortu pulsæ caligine, mundus
Acciperet rutilam cum pietate fidem.
Orta simul tecum est virtutum fulgidala lampas.
Quæ terris hæresum nubila discuteret.
Cumque esse celebs & moribus undique terfa:
Te modicam & mitem prætulit Omnipotens.
Vna in te potuit humili sapientia terris
Accersire Deum, quem scelus expulerat.
Eua viro suffecta comes genus omne nepotum
Protenus ausa nefas tradidit exitio.
Languida peccatis mortalis turba iacebat,
Et cælum aspiciens retrò ferebat iter.
Dira palus, herebi furiarum & mortis abyssus,
(Prob) locus & sedes hæc animabus erant.
Donec adest veniens cœlesti nuncius arce,
Qui Cœli arcana sic tibi doctus agit.
Salve plena Dei: tecum Deus: ecce superno
Numine mater eris non violanda viro.
Talibus attonita moderate Virgo pauescens,

Te Domini ancillam credula constituis.
 Nec mora. Diuini virtus inspirat amoris,
 Et fis prole grauis, & manet usque pudor.
 Ofælix grauitas! sine pondere viscera turgent,
 Et Virgo innupta concipit aure Deum.
 Indita naturæ vis hoc, & norma recusat:
 Sed magno parent cuncta creata Deo.
 Sic vitrum radius: sic vellus præterit imber.
 Nec teritur vitrum lana nec imbre madet.
 Tam miro exorsu veniens à Patre Redemptor,
 Te vita & lucis prodere signa dedit.
 Prima quidem profers nostræ vexilla salutis,
 Prima salutis agis clausa militiæ.
 Ut quod triste iugum posuit captiuæ misellis
 Eua superba, lenis, credula, desipiens,
 Tu mitis, sapiens, constans & libera Mater
 Afferres victrix, publica facta salus,

Ad Diuam Mariam.

Virgo qua melior, splendidior nec est
 Terres: sed nec erit cara magis Deo:
 Audi quod petimus vertice cernuos:
 Et neuos miseri criminis abluas,
 Hinc & nos famulos foue.
 Conceptum colimus laude pia tuum,
 Te toto fidei robore credimus
 Nullius macule scire calumniam:
 Cui nec sit patriæ liuor originis,
 Sed fulges niue candidior.
 Tu factæs Genitrix numinis & viri,
 Qui nobis moriens in cruce retulit
 Regnum, quod patrius perdiderat furor.

F ij

*Fac post hac teneat turba fidelium
Quod nati peperit crux.*

Eiusdem Roberti Gaguini apud Cordubam febre
grauiter egrotartis : ad Domini Saluatoris
Matrem, Oratio cum aliis quibusdam
epigrammatibus.

Si tenet infelix, & criminis folidibus aures
Nunc pulsare tuas : nimium seu urgere querendo,
Da veniam algenti diuum clementia : nobis
Te dedit antidotum querenda (Virgo) salutis.
Tu gemitus, Tu vota, preces, suspira, fletus:
Innat pietate leuas, te semper egentem
Vberiore sinu populum curasse : fides est.
In tua nunc igitur admittit sacraria Mater
Egroti lachrymas, moueat te languor iniquus
Quem tremulo induxit ex ardens corpore febris,
Tara carne exesa pellis rugatur, & ipsi
Ossibus exile vix praebet pendula tegmen:
En dolor articulos (contractis nexibus) arctos.
Pandit, & obtusifugiunt introrsus ocelli:
Ipsa etiam facies sectatur imagine laruas,
Officioque vacant titubantia frigore membra,
Semianimum fulcro decumbit inutile corpus,
Nec baculo substante capit natura iuuamen,
Sola subest vacuo mens pectore, nescia siue
Deserat exangues, vel aethuc suffulciat artus:
Siue sub extremo volvisti sole Robertum
(O totiens miserata parens) occumbere : quis nam
Posteriora feret morienti verba salutis?
Quis funus ducet? quis condet innane cadaver

Bustos & tristem animam mandabit in astra vocari?
 O si inter dulces: si fidos inter amicos
 Pauca sub egressu licuisset: non voluere
 Fata nec inflexa parca, voluere: recedam
 Incuratus, egens supremum affantis amicis
 Tandemque implacida humabor tellure: perennis
 Incola Celtiberum nulli memorandus. Abito
 O infelix anima: pereuntem Hispania molem
 Seruet: obtritum iam deuoret horrida corpus.
 Sed præstat (famuli) cineres dispergier austri,
 Seu mandare freto: pennis velocibus illi
 Per iuga Pyrenei referent fortasse coactos
 Belgarum in sedes: vel ponti seniori unda
 Afferis obsequio notam ruabit in algam.
 Proderit occiduos quocunque euadere manes.
 Tunè ergo inflexa mater, mitissima mater
 Spectare hoc poteris? multum vocitata refelles
 Vota precantis opem: dubio iam funere claudes
 Hei gremium misero? claudes præcordia seruo
 Exitium patienti? Tu quondam ultro solebas
 Ferre manum: releuare pios miserarier agris.
 Quid nunc lenta gradum differs? Quid tardius audis
 Supplicia agroti miserandos cuique precatus:
 Si forte ob noxam veniam aut dignare vocantem:
 Atque idem immeritis precibus non annuis: assit
 Libera que semper patuit miseratio., que tot
 Vel culpa implicitos materna sponte leuavit.
 Si meritos tantum quanta est clementia! quantus
 Vulgati dulcoris bonos! tum viscera nudas,
 Dulcia tum expandis, tum porrigis ubera; si cui
 Post scelus admissum redeunti protinus astas,
 Non planctu emoltia pio: Quis grata putabit
 Quæ fletu expressæ: magni est quodcunque gemendo

*Torseris. Exurge non ficit a precamina : sana
Corde damus: morimur. Potes ô medicina dolenti
Non præstare manum ? Expectas fortasse querelis
Cessisse algentem. Iam desino , nec queror ultra.
At tua per Gnatii morientis vulnera : perquæ
Virgo tuum nulla violatum sorde pudorem,
Perquæ tibi assuetum miserandi (fœmina) morem.
(Dum viuacis adhuc trepidant spiracula fibrae)
Ocius accedas, dextram fusterne labanti.
Da redditum in patriam. Da visere rursus amatos,
Ut meipsum quondam socios, quondamque sodales:
Pronus in æde sacra celebrarunt quam tibi Franci
Latitia et titulo numen venerabat et aras:
Ipse ego fulgenti mater face casta litabo,
Exsoluam et Gnato diui libamen honoris.*

Ad Mariam Virginem.

*Ecce reus voti , composquæ salutis et aurae,
Hanc cera et lycni reddo Maria facem.
Inuasti orantem, soluentem debita serua,
Et concede data Virgo salute frui.*

Ad Diuinam Matrem Saluatoris.

*Virgo cui tellus, cui pontus seruit , et æther:
Da stabilem sine labe animum, da corpus opiniq;
Viribus integrum, patiens algoris et astus.
Cætera que fluitant vario discrimine sortis,
Et labor, et cura, et solers industria queret.*

Ad Diuain Mariam Saluatoris Matrem.

Non satis audenter tibi, Virgo nescia sordis,
Sordidus ipse malis debita vota fero.
Sed me sumpta salus deuicto funere, cogit
Te benefactricem laudis honore sequi
Decumbebat iners tremulo spiramine corpus,
Atque efœta caro mortis agebat iter.
Tu precibus clamata meis : tu Virgo benigna
Protinus ad robur languida membra vocas.
Hac ope defensus grates & munera pono,
Atque aram & numen pronus adoro tuum.
Tu post hac si morbus erit, festina medetor,
Ne cum carne ruat mens superata malis.

De eo quod scriptum est, Mulier amicta Sole,
& luna sub pedibus eius.

Es vis in terris cœlesti semine fœta
Virgo, nec effregit viscera casta pudor.
Hanc circumradians vestibat lumine Phœbus,
Subter erat teneras clara Diana pedes.
Stella coronabat roseos bissena capillos:
Nigratenebrarum nubila discutiens.
Hanc possis verè Christi dixisse parentem:
Nam virtutis habet omne Maria iubar.

Oratio Dominica.

Sancte hominum genitor, quæ fas dixisse parentē,
Qui cœlas habitas, & regis omne quod est.
Pone tuum cunctis sanctum & venerabile nomen,

Et regna in nobis : rex pius & sapiens.
Et quodcumque voles cælo terraquæ mariquæ
Æterno fiat foedere perpetuum.
Daquæ piis hodiè quem sumant prospere panem:
Ne desint nostræ iusta alimenta via.
Tu clemens nostros index dimitte reatus,
Fratribus ut nostris debita corde damus.
Nec nos tentantis astas incurvare perfer,
Sed fragiles diro solue benigne malo.

F I N I S.









